

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1330

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

exaurire substancias valeat, sicut bona illorum, qui sibi obediverunt in partibus Italiae devoravit, propter quod eorum nonnulli ipsius Ludovici jugo tyrannico servitutis excusso ad devotionem redierunt ecclesie et redire quam plures alii se disponunt, nos cupientes, quod dilecti filii cives Argentinenses aliique fideles tuarum civitatis et diocesis animarum suarum periculis et rerum dispendiis precavere studeant 5 in hac parte, prefatis civibus literas super hiis, sicut in eis intueri plenius poteris, dirigimus oportunas. quocirca fraternitatem tuam requirimus, quatenus eisdem, de quibus tue circumspectioni videbitur, pericula hujusmodi necnon penas varias, quibus si dicto Ludovico suisque sequacibus adhererent se dampnabiliter involverent, exponere non ommittens ipsos ad eadem devitanda pericula inducere studeas.» datum Avinione 10 16 kalendas februarii anno 14. *1330 Januar 17 Avignon.*

Aus Vatik. Akten Nr. 1249 (Reg. 115 fol. 161/62).

331. Johannes XXII papa Hugoni comiti de Bockeg et Ulrico de ordine Heremitarum sancti Augustini poenitenciaro suo. «vestris receptis literis devotionem et diligentiam vestram circa notificationem contentorum in eisdem literis adhibitam 15 commendamus, vos scire volentes, quod . . . Maguntinensibus et Argentinensibus civibus scribimus super eis, intendentes civitatibus aliis earum partium celeriter scribere pari modo. quocirca prudentiam vestram rogamus attentius, quatenus sicut laudabiliter incepistis apud episcopum et cives Argentinenses ac alios earum partium, de quibus expedire videbitis, insistatis, ut super receptione vel obediencia 20 Ludovici de Bavaria heretici et scismatici seu suorum sequacium non permittant quorumcunque serpentinis suggestionibus seduci, sed potius eosdem velut pestiferos abiciant et repellant». datum Avinione 12 kalendas februarii. [*1330*] *Januar 21 Avignon.*

Aus Vatik. Akten Nr. 1257 (Reg. 115 fol. 164).

25

332. *Markgraf Rudolf von Baden versichert die Stadt Straßburg dafür, daß ihr Bürger Claus Zorn sechs seiner Diener gefangen nahm, ihr keinerlei Schaden zufügen zu wollen. 1330 April 16 Rothenberg.*

Den erberen und bescheidenen herren hern Eberlin von Mülnheim dem meister und dem rate von Strasburg embieten wir margrafe Rüdolf von Baden genant Hesse 20 unseren grûz und alles gût. also her Claus Zorn hern Hugues Zornes sun úwer bürger unserre diener und unsers gesindes sechse gefangen hat, die er úch geantwurtet hat, und wande das si andere lúte angehörtent, also ir uns geschriben hant, und ir uns die selben unsere knechte und diener lidig wellent lassent, si und ire gúter gantzliche, ane ein pfert, das einer úwerre burger für sin behabet hat, swenne wir úch unseren trostbrief santent, da trósten wir úch mit disem gegenwurtigen briefe, das wir noch unsere dienere noch nieman von unseren wêgen úch úweren burgeren

noch der stat umbe die getat deheinen schaden noch ungemach niemer getûn ane alle
geverde. und darumbe zû einem waren urkûnde so han wir unser ingesigel gehenket
an disen brief. der ist geben ze Rotenberg an dem nechsten mendage nach usgander
osterwochen des jars, do man zalte von gottes geburte drizehen hundert jar darnach
5 in dem drizigesten jare.

*S aus Straßb. St. A. AA 81. or. mb. c. sig. pend. laeso.
Darnach Fester Reg. d. Markgrafen v. Baden nr. 858.*

333. Johannes XXII papa Conrado de Kirkel canonico et thesaurario ecclesie
Argentinensis confirmat, quod ex petitione Bertholdi episcopi Argentinensis continente,
10 tam ex statuto ecclesie Argentinensis quam de antiqua consuetudine episcopum
Argentinensem unum ex canonicis ipsius ecclesie teneri in officialem Argentinensem
constituere et etiam assumere, officialis existat Argentinensis. datum Avinione 15
kalendas maji anno 14. *1330 April 17 Avignon.*

Aus Vatik. Akten Nr. 1294 (Reg. 95 nr. 1177).

334. Johannes XXII papa episcopo Argentinensi gratias agit de summa 4000
15 florenorum auri, quam per Henricum Ohssen, clericum et nuncium suum, fecit ponti-
fici in subsidium ejus et ecclesie Romaue necessitatum utique grandium presentari.
datum Avinione 13 kalendas maji anno 14. *1330 April 19 Avignon.*

Aus Vatik. Akten Nr. 1300 (Reg. 115 fol. 165).

335. Johannes XXII papa consules magistros civium consilium et commune
20 civitatis Argentinensis exhortatur, quatinus in fide et devotione constantes et strenui
persistant scituri, quod ipse et ecclesia sancta Romana sibi et fidelibus aliis adversus
scismaticos et hereticos, quorum potenciam et superbiam in brevi enervaturus sit
altissimus, assistere divina gratia suffragante intendant. «claret in conspectu». datum
25 Avinione 10 kalendas junii anno 14. *1330 Mai 23 Avignon.*

Aus Vatik. Akten Nr. 1325 (Reg. 115 fol. 372°).

336. Johannes XXII papa episcopo Argentinensi concedit, ut ecclesiam sancti
Martini Argentinensem, que ei presertim cum in civitate Argentinensi moratur est
multum accomoda et etiam oportuna, pro eo maxime, quod pro defensione bonorum
30 et virium ecclesie Argentinensis multa subit onera expensarum, uniat mense sue.
datum Avinione kalendis augusti anno 14. *1330 August 1 Avignon.*

Aus Vatik. Akten Nr. 1368 (Reg. 94 nr. 1033).